Fragmentarium



Maxima [...]nz mo[...] semp est pacientia uirtus.
Se[...]orz [c]ulpa cum dolor urget in iraz.
Ipe tibi moderare tuis ut parce posiat.
Cum sua potius que iam sunt parta labore
Cuz labor est indampno mortalis crescit egestas.
Dapsilis interdum notis et carus amicis.
Cuz fueris felix semp tibi proximus esto.
TElluris si forte uelis cognoscere cultus.
VErgilium legito qd si mage nosse laboras.
Herbarum uires macer tibi carmine dicet.
Si romana cupis et punica noscere bella.
Lucanum queras qui martis prelia dixit.
Si quid amare libet ul' discere amare legendo.
Nasonem petito si autem tibi cura hec est.
Ut sapiens uiuas audi que discere possis
Per que semotum uiciis deducitur euum.
Ergo ades et que sit sapiencia disce legendo.
Si potes ignotis etiam prodesse memento.
Utilius est regno meritis acquirere amicos.
Mitte archana dei celum [...] quid sit.
Cum sis mortalis que sunt mortalia cura.
Linque metum leti nam stultum est tempore in omni.
Dum mortem metuis amittere gaudia uite.
Iratus de re incerta contendere noli.
Ira impedit animum ne posit cernere uerum.
Fac sumptum propere cum res desiderat ipsa.
Dandum et enim est aliquid cum tempus postulat aut res
Quod nimium est fugito paruo gaudere memento
Tuta mage pupis est que modico flumine fertur.

27 D 72
Fragm. lat. 403
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK LEIPZIG

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 403, 1r – Disticha Catonis
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-666e/387/5622)